stomacho: et stipticitatem uentris  
et labia alba ut mortificata. et eius  
cura erit ut bibat aquam calidam  
butiro et euomat. dein bibat itez



aquam calidam cum melle: et euo-  
mat. et postea detur sibi in potu  
metridatum dragme due cum op-  
timo uino. et si stipticus remanlit  
clistericetur cum adipe anatis. et  
ungatur uenter cum oleo de cerua  
et eius bezoar est stercus muris  
tritum et hibitum. et detur ex eo  
cum uino dragma una.

De scoria eris. Capit. ix.

**I**lle cui data fuerit in potu  
scoria eris multum asellabit  
aut uomet. et cum dolore  
et punctione in intestinis et stoma-  
cho: et eius cura erit balneum in  
quo bulita sint capita hircorū. uel  
limace et dare in potu succū mēte  
et ungere stomacū et uētrē cū o-  
leo rosato calido. et eius besoar est  
fucus accori bibat drag. ii. cū uino

De scoria ferri. Capit. x.

**I**lle cui data fuerit scoria ferri  
aut eius erugo exicca<sup>t</sup> cotti  
die et ueter adheret renibus et ma/  
rasmu<sup>m</sup> patit. et eius cura e<sup>st</sup> humec/  
tare totu<sup>m</sup> corpus cu<sup>m</sup> balneis i<sup>n</sup> quibus  
testudines sint bulite. et clisterise<sup>t</sup>  
ueter cu<sup>m</sup> decoctioe pedu<sup>m</sup> edo<sup>z</sup> aut  
cu<sup>m</sup> aqua<sup>m</sup> maluaufici et comedet<sup>r</sup> buti<sup>z</sup>  
reces et iura pingua. et eius besoar  
e<sup>st</sup> lapis magnetis tritus et datus in  
pillulis cu<sup>m</sup> tantu<sup>m</sup> de de luco mercu/  
rialis et blitis in modu<sup>m</sup> pillulaz<sup>z</sup> et  
sit dosis magnetis i<sup>n</sup> uice drag<sup>m</sup>.i.

De lapide magnetis. Capit. xi.

**I**lle cui datus fuerit lapis magi/  
netis non solatus efficit luna/  
ticus et melancolicus aut heroicus.  
et eius cura e<sup>st</sup> ut det<sup>r</sup> i<sup>n</sup> potu limatura  
auri et fragm<sup>en</sup>ta smaragdi simulata  
s. cu<sup>m</sup> uino et clisterise<sup>t</sup> cu<sup>m</sup> lacte oui  
no et oleo de amigdalibus dulcibus et



ē besoar eius smaragdus trita et da  
ta ī potu tribus vicibus ī ix. diebus

De lapide lazuli. Capit. xii.

**I**lle cui datū fuerit ī potu lapis  
lazuli nō lotū patiet subuersio  
nē stomaci et tristitiā et solitudi  
nē et eius cura ē bibere lac recens  
mulctū a sine oī mane usq; ad dies.  
vii. et comedē auiculas assatas ī spe  
to et eius besoar est carabe tritū.  
scrup. ii. et datū in potu cū uino.

De arsenico sublimato. cap. xiii.

**I**lle cui datū fuerit arsenicum  
sublimatū patiet excoꝛiatōnē  
ītestinoꝝ et stomachi et arsurā et  
dolores mordicatiuos et sitī et lig  
uā hēbit exiccatā et expueꝛ nō po  
terit et demū sincopī patiet et eis  
cura ē ut bibat butiꝛ cū aq̃ calida ī  
q̃ seīa rapī sint cocta et euomat et  
clisteriet et deīde cū oleo d' amig

dalis dulcibus omni die bis et ci/  
betur iure galline pinguissime. et  
eius besoar est cristallus trita sub/  
tiliter et data in potu drag. i. cum  
oleo amigdalidis dulcibus et si nō fu  
erit sublimatum erunt accidētia re  
missiora et cura eadem.

De litargiro. Capit. xiii.

**L**ile cui litargiz datum fuerit  
in potu nō poterit digere et  
p uōitū emittet q̄siueuerat p sece  
ssū et eius cura ē cura colice p cli/  
ste r̄ iiectū fcm̄ ex aq̄ mellis et adi  
pe gallie uel anatis et dare ī potu o  
leū amigdalaz dulciū et comedē r̄ fi  
cus siccas ante cibum et unger̄ sto  
machum cum succo apii et uentrē  
cum butiro et eius besoar ē semē  
cherue tritum et datum in potu  
dragmas duas.

De Cerusa. Capit. xv.



**I**ll. cui data fuerit cerusa ī potu  
 patiet uomitū albū ut cerusa &  
 dētes nigros & dolorē uētris graua  
 tiuū: & egeret sanguinē: & hēbit te  
 nasmū & eius cura erit uōitus puor  
 catus cū aq̄ in q̄ seīn ra q̄ & atripli  
 cis sit bulita. et dein clisterizare uē  
 trē et cū brodio caulū coctoꝝ et  
 oleo sine sale et dare in potu metri  
 datū aut tiriacā cum optio uino. Et  
 eius bezor̄ est potus uini albiſſimi  
 puri p̄pe ībriationē.

De calcechumenō. i. uiride  
 gris. Capitulum .XVI.

**I**lle cui calcechumenō. i. uiride  
 gris datū fuerit in potu oblatio  
 nē et suffocationē pulmōis et anhe  
 litus hēbit et q̄si n̄ poterit respirā  
 et patiet solōem otinuitatis in īteri  
 oribz et uulnera et ulcera in ītestis  
 et pūctiōes corrosiuas. et eius cura

erit statī cū uōitu pcurato cū buti  
ro et aq̄ calida et sēpe reiterato. et  
deīn iucere clistere fcm̄ cū lacte ali  
nō et oleo de āigdalis dulcibus et  
deīn dare in potu de terra sigillata  
drag. i. cū uōo albo. & deīn si n̄ ofert  
fiat balneū ī tina ubi sit oleū oliuaz  
ī tāta q̄titate q̄ n̄ attrigat ad stōacū  
& eius besoar ē corallus rubeus tri  
tus & datus ī potu cū uino drag. ii.

De plūbo usto ca. xvii.

**Q**ui dat plūbū ustū nō pōt loqui  
& morit̄ suffocatus: & uox eius  
n̄ audit̄ nisi sicut plūbū: & eis labia  
& lingua plūbīa sunt. & eius cura ē  
dare tiracā magnā drag. ii. oī die ul  
q̄ ad. v. dies cū aq̄ mellis: & iduere  
pelles uulpīas uel ouīas nouas: et in  
traf̄ uentrē mulę uel asinę calidę: &  
reiterare ī troitū sēpe. & eius besoar  
sūt grana citroz̄ mūdāta & trita &



dati in potu cum uino cocto dulci  
drag u.

De asuro minio aut zena  
brio. Capitulu. xviii.

**Q**Vi dat asurū aut miniū aut zēa  
briū patiet uōitū et ueneris sti  
plicitatē & ī uōitu discernet p co  
lorē unūquodq; ipoz. & cura oīm p  
dcōz ē eadē. det ergo ī potu butyza  
cū aq̄ calida in q̄ seia rapi sūt bulita.  
& euōat post uōitū spōtaneū. dein  
clisteriscē cū aq̄ mellis & oleo. & et  
us besoar ē spopiū qd̄ fit de ebore  
abusto datū ī potu cū uīo drag. ii.

De realgare Cap. xix.

**Q**Vi dat realgar in potu patiet si  
tim & exestuationē et exiccati  
onē et asumptōem hūiditatis ita q̄  
nisi et succurrat. aut morit aut pal

ticus et contractus remanebit. Ego uidi & curauit iuuenē cui datū fuit cū epate porci affato realgar tritum & equalit mortē ab eo et remāsit circa omnes iuncturas quali īmobilis ex nimia siccitate. et eius cura est vomitus cum butiro et aqua calida sepe iteratus et clisteria cū lacte alinino iterata et clare ī mane in potu omī die uncias .v. de lacte alinino: et cibare eum biconibus pinguibus et ungere totum corpus ex oleo de amigdalibus dulcibus et sedare sitim ipsius cum iuleb. Et eius besoar est oleum de nucellis pini datū in potu statim uel in prima die unci. iiii.

De Cituta Cap. xx.

**I**lle cui datus fuerit in potu succus citutę stuporem et sensum perdet. Ex eo Socrates ab Atheni



ensibus fuit iteremptus. Et eius cura est in potu sumere tiriaca dra. ii. distempatam cum decoctione diptami. Et eius besoar est gentiana trita et data in potu drag. ii. cu uino.

De succo titimaloꝝ ca. xxi.

**I**lle cui datus fuerit succus titimaloꝝ patietur fluxum uestris et uomitum et accidentia colericę passiois. Et eius cura erit tiriaca magna cum uino in quo diptamus fuerit bullitus Et eius besoar est muria trita et potata cum uino drag. i.

De succo cucumeris

**I**lle cui datus fuerit in potu succus cucumeris asinini patietur excoꝛiatione in gutture & solõem uestris & dolore intestioꝝ et eius cura e tiriaca magna cu decoctioe baccay lauri et melle drag. ii. Et eius besoar e

sucus mentę uncia una.

De succo usneę.ca.xxiii.

**I**lle cui succus usneę datus fuerit  
patiet̄ decursū hūditatū sup/  
fluaꝝ ad os et guttur ita ut strāgu  
lari uideat̄. ppter qđ hęc herba strā  
gulatrix ab Ipocrate lupi uocatur.  
strāgulat. n. lupos ip̄am comedētes  
Et eius cura ē sumere ī potu de ter  
ra sigillata statī. drag. ii. cū aq̄ calida  
et euomere. & dein post illud accipe  
de tiriaca. z. ii. cū uīo decoctōis gē  
tiang. eius besoar ē aristologia lōga

De radice botormarien.

Cap. xxiiii.

**Q**ui dat̄ in potu succus aut radix  
bothormarien patiet̄ strangula  
tōem et q̄si suffocatōem. ppter qđ



uocat̃ panis porcor̃. et eius cura est  
 bacce lauri trite dra. ii. date i potu  
 et eius besoar e pip albu tritu. z. ii.

De succo coriandri ca. xxv.

**Q**ui succus coriandri dat̃ patiet̃ q̃si  
 destructione intellectus ac sicut  
 ebrius uideat̃ & tade morit̃ stupide  
 & eius cura e tiraca magna. z. ii. cu  
 optio uio. & eius besoar e herba q̃  
 dr̃ uincetoxicu data i potu. z. ii.

De succo maderagore. ca. xxvi.

**Q**ui dat̃ i potu succus maderagore  
 aut poma eius aut radix eius ru  
 bore in facie & oculis & stupore in  
 mente & m̃tis alienationem & amentia  
 & somnu pfundu patiet̃ et eius cu  
 ra erit sumere i potu statim tiracam  
 magna distpatā cu optio uio et tar  
 dare comestionem per diem unam  
 et bibere optimum uinu purum: et  
 odorare acetu forte. Et eius besoar

ē radix rafani comesta omī die usq̄  
ad tres dies cū pane et sale.

De succo papaueris nigri ca xxvii.

**Q**ui dat succus papaueris nigri parit  
et stuporē mētis: dormitatioem et  
hebetiā ut illi q̄ oleū cōcedūt. et eoz  
cura ē bibere tiriacā magnā et cya  
castoreū et oppopirā aut ofectionē  
de anacardis dragmas duas cū uīo  
Et eius besoar est alliū crudum.

De Opio Cap. xxviii.

**Q**ui dat opiu in potu si cogat̄ uo  
meū apparebit odor opii i uōitu  
et erit ebes et piger et dormitans  
abiq̄ sensu et nō intelligēs neq̄ lē  
tiēs. et si nō succurrat̄ ei moriet̄. Et  
eius cura ē altissimū uinū et fricare  
extrēa cū nitro et sapone et puoca  
re sternutationē cū pipe itromisso  
in nares. et eius besoar est castoreū  
tritū et datū i potu cū uīo drag: ii.



De succo Scamonee: Cap. xxix.

**I**lle cui succus scamonee datus fuerit in potu patietur cordis defectum et sincopam et sitim. et extuacionem et dissenteriam. et febre. et eius cura est potum aquam ordeii sepe et ingredi balneum aque tepide. deinde post illud bibere sirupum rosarum et buglossarum tota die et provocare somnum et odorare nenufar. et rosas et mirtum et cibari cum cibo factum cum sumach. uel uerbenis et emplastrum uentrem et stomachum. cum pulpis citoniorum. et eius besoar est erba que uocatur ribes et eius succus.

De apio risu. Capit. xxx.

**I**lle cui datum fuerit in potu apium risu facit hominem extra mentem et continue ridet. propter hoc uocatur apium risu.

et eius cura ē puocār somnū cū po-  
tu boni uini inebriātis et eius beso-  
ar est succus melisse cū aceto da-  
tus in potu.

De succo Cherue. Capit xxxi.

**I**lle cui succus Cherue datus fue-  
rit ī potu patiet̄ uomitū otinu-  
um et dolorē uētris et eius cura e-  
rit tiriaca magna data ī potu drag-  
me due. cum uino optio calido et  
eius bezoar est ypericon.

De succo Napelli. Capit xxxii.

**I**lle cui succus napelli siue eius fru-  
ctus siue eius subā datus fueit  
ī spatio unius diei aut triū morit̄. et  
patit̄ añ hoc sincopi et defectū cō-  
dis et denigrationē et defuscatio-  
nē paulatine oīm mēbroꝝ. et dein-  
de tumet totū corpus et oculi eius  
fora s̄pminēt. et linguā in ore cōti-  
tinere non potest. Succurratur



ergo instati dando terrā sigillatam  
 distpatā cū butiro et aquā et euo  
 mat et statim exhibeat smaragdus  
 optiā trita.drag ii. cū uino et sup  
 cor ponat sircū tictū ī grana ifusū  
 ī suco buglosse et aq̄ rosata et rei  
 tereēt & deide serui sugāt cū ore ex  
 tremitates corpis sed ipi morietur  
 nisi acceperit de smaragdo et eius  
 besoar ē mus q̄ nascit ī radice na/  
 pelli. exiccat et datur ex eo ī potu  
 drag.duas. Capit. xxxiii

De suco oleandri.

**I**lle cui succus oleandri et eius  
 cornua uel eius cortex data fu  
 erit ī potu patiet sincopi et tribu  
 lationē cordis et anxietatē. et eius  
 cura ē sumerē diacastoreū datū ī po  
 tu dra.ii. et eius besoar ē granū iu/  
 niperi tritum in quātitate dragma  
 rum duarum cum uino.

d 8  
 34

De succo mesereon. Cap. xxxiiii.

**I**lle cui succus mesereon datus fuerit in potu patietur fluxum uentris et sitim et anxietatem et excoriationem intestinorum: et eius cura erit syrupus rosatus cum aqua ordeï. et odorare fructus frigidos et odoriferos. et eius bezoar est organum assatum et bibitum.

Capitulum xxxv.

De succo ellebori.

**I**lle cui succus ellebori datus fuerit. aut radix eius. patietur strangulationem gutturis: et prefationem: et fortassis suffocatur subito. et ideo uocatur strangulator carnis. et eius cura est sumere in potu statim aquam mellis et quiescere in loco seperato: et deinde detur bezoar eius. qđ ē flos nenufariis siccus et tritus dra. ii.



De Alfesira. Capit. xxxvi.

**I**lle cui alfesira data fuerit pa-  
cietur excoriationē uētris et  
uomitū. eius cura erit dare in potu  
aquam mellis. deinde tribuere cito-  
niū assatum. et eius bezoar est ana-  
gallus.

De succo Brionie. Capit. xxxvii.

**I**lle cui succus Brionie datus  
fuerit. patieēt scotomiā et sto-  
liditatem. et angustia spūs. et eius  
cura erit tyriaca dragmaz. ii. cum  
uino decoctionis enule et eius be-  
zoar est piper.

De cornibus spice. capi. lxxxviii.

**I**lle cui cornua spice data fu-  
erūt. patieēt tortionē uentris  
et nauseam. et eius cura est tyriaca

e'

dragme due cum decoctione uini  
in quo diptamus sit bulitus.

De cornuis oleandri.

Capitulum .xxxix.

**I**lle cui data fuerit cornua o/  
liandri aut qui comederit as/  
saturam in uerū exciso ex oliandro  
aut qui dormierit sub umbra olean/  
dri aut qui biberit aquā flumīs sub  
cuius ripis crescit oleander cuius  
copia est in insula sardinie et ego ex/  
pertus sum illud et uidi. patietur ex/  
tuationē et amentiam et rugitum  
uentris et si balneū fuerit calefac/  
tum ex oleandro balneatus sinco/  
pim patietur in balneo. et eius cu/  
ra et bezoar dicta sunt supra in ca/  
pitulo de succo oleandri.

De cornibus bedeguar. Cap. xl.

**I**lle cui in potu data fuerit cō/  
nua bedeguar. patietur difficul



tatē trāsglutiēdi. et eius cura est lā  
bere oleum de amigdalīs dulcibus  
et ipius bezoar sunt mora celsi.

De Anacardis. capit. xli.

**I**lle qui assumpserit anacar/  
dos paciēt incēsiōnē in g ut/  
ture uehemētem. et qñq; inflabiū  
et acutam faciet egritudinē et mē  
tis alienationē et eius cura ē cū re  
bus unctuosīs sicut oleo amigdalī  
no lissamino et butiro et lacte et iu  
ribus gallinaz. et si dolorē hēbit in  
ītestinis tūt ueniēs est balneū et  
si inducūt febrē acutā tūc est cōue  
niens uti attenuāte dieta et frigi/  
da et huīda. Et si fuerit mētis alier  
natio puocetur somnus cū semine  
lactuce et papauerē albo et eius be  
soar sūt grana pini torrefacta et co  
mesta.

**D**e Nucib9 et auelanis. cap. xlii.

**I**lle q̄ comederit nuces aut  
auelanas raucidas. patiet̄ ac  
cidētia mala scilicet nauſeā et de/  
fectionē appetitus et uomitum et  
debilitatē uirtutū aīalium. et eius  
cura erit rob citonioꝝ. et rob po/  
moꝝ. Et si acciderit ei eructatō ha  
bens odorē lini putrefacti tūc pos  
set mori et eius cura erit dyacimi/  
num uel diapeperion. et detur ei ī  
potu uinū purum et uomētē stō/  
machus cum oleo nardino.

De malo castoreo. Capit. xlii.

**I**lle cui in potu datū fuerit  
malū castoreū patiet̄ clamo  
rē et rixam et dolorem. et liguam  
habebit foris p̄minentem et febrē  
Et eius cura erit uomitus cum bu  
tiro et aqua mellis donec uomitus  
minime habeat odorem castorei.



deinde detur in potu rob mororū  
 aut limoz. et eius bezoar sūt semi  
 na coriādrī assata et trita. drag. ii.

De malis fungis.

Capitulum .xlvi.

**I**lle qui comederit malos fū  
 gos et p̄cipue qui nati fue  
 rint super ferro aut super anabul  
 la uel malo terre uel in locis terma  
 rum puocabitur et dolorē patietur  
 in pectine. et p̄hibebit ei urina. et  
 dolores bēbit in uentre. et si odora  
 uerit malū fungum et tubera mala  
 patietur epilētiam et fortassis mori  
 etur. et ante illud erit ei p̄pinandū  
 uinū optimū in quo piper nigz sit  
 bulitum. et deinde clisteri sare ip̄m  
 cum aqua mellis et sale et fomenta  
 re femur cum cleo nardino. et ei  
 us bezoar quādo decoquūtur fun  
 gi aut comeduntur. sunt pira icisa

in frustra et simul decocta. et bezoar post comestione ipoz est allium crudum:

De Nuce uomica. capit. xlv.

**I**lle qui nucē uomicā biberit uel comederit hēbit uomitū pessimū et dissolutionē uirtutis. et eius cura est rob citonioꝝ et mirti et potus alti uini. et eius bezoar ē cortex citri.

De Coloquintida. capit. xlvi

**I**lle qui coloquintidam solitarie natam in arborē sua comederit. uenenū letale sumpsit. et nisi succurrat ei subito morietur in tertio die. et cuius cura et bezoar simul et semel et smaragdus optima trita data in potu. drag. ii.

Capitulum xlvii.

De Fico pharaonis.



**I**lle qui comederit ficus pharaonis statim patietur febrē et fractionē totius corporis et uidebitur ei q̄ sit idropicus. et hoc ego uidi in Sardinia in ducatu galurie ubi istaz ficuū est habundātia. q̄ q̄ unā comedebat patiebatur unā febrē et q̄ duas duas. et q̄ tres patiebatur trinam febrim. et ut plurimū iste febres erāt terciāne. et cura eius est aqua ordeī parata aut serum caprinum. Et eius bezoar sunt grana siue semina cucumeris mundata et trita et data in potu. drag. ii.

Capitulum xlviii.

De Semine iusquiami.

**I**lle cui in potu data fuerint semina iusquiami patietur ebrietatem et mentis alienationem et stuporem et immobilitatem omnium mēbrorum. et eius cura est

Piper longum tritum: et datum in  
 potu. dragme due. et eius bezoar  
 sunt grana fisticoꝝ comesta uel bi  
 bita.

De granis cocognidii.

Capitulum xlviii.

**I**lle cui in potu data fuerit  
 grana cocognidii. patietur  
 uomitū et fluxum uentris et tribu  
 lationem in stomacho. et eius cura  
 est tyriaca magna drag. ii. cum ui  
 no et bezoar eius an igdale amare

De baccha lauris rancidis.

Capitulum l.

**I**lle q̄ comederit bacchas lau  
 rinas rancidas patietur acci  
 dentia que patitur qui comederit  
 nuces rancidas. et cura eius et be  
 zoar erunt similia.

De cataputia. Capit. li.



**I**lle qui comederit cataputi-  
as patietur accidētia que pa-  
titur qui biberit gira solem. que su-  
perius dicta est chensa. et cura eius  
et bezoar sunt eadem.

De semine Vrtice. capit. lii.

**I**lle qui comederit semen ur-  
tice patietur gutturis et oris  
& lingue excoriationē. et arsurā et  
ardorē in mictu et eius cura est oi-  
leum amigdalīnū dulce potare et  
eius bezoar sunt grana citoniorū  
trita et potata cum aqua calida.

De Semine papaueris nigri.

Capitulum. liii.

**I**lle qui biberit uel comederit  
semina papaueris nigri patie-  
tur accidentia que patitur qui opi-  
um sumpsit. licet rēmissiora. et cu-  
ra et bezoar idem sunt:

De Semine ellebori.

Capitulum lvi.

**I**lle qui biberit uel comederit semen ellebori patietur accidentia que patietur q succum aut radicem ellebori biberit. et cura et bezoar est una.

De semine citute.

Capitulum lv.

**I**lle qui biberit semen citute patietur accidētia illa que passus fuit qui succum eius biberit et licet magis remissa et cura et bezoar sunt eadem.

De semine humidī coriandri.

Capitulum lvi.

**I**lle qui biberit uel comederit semina humidī coriandri. patietur accidentia similia que patitur qui succum eius biberit. et eius cura et bezoar sunt eadem.



De Semine serpētarie. cap. lviij.

**I**lle q̄ comederit semen ser-  
pentarie patietur stridorē et  
punctōnē gutturis et dentiū et su-  
perestuationē et feruorem. et eius  
cura est butyr̄ recēs bibitū et eius  
bezoar est succus farine ordeī de/  
cocte in aqua.

Capitulum lviij.

De moribus aut puncturis ab ali-  
q̄bus aīalibus uenenosis.

**S**i uero aliquis morsus fuerit  
aut punctus ab aliquo anima-  
li uenenofo et ignoret cuius sit pūc-  
tura tūc strigat locū pūctur̄ et po-  
nāt sup̄ ip̄m uentose cū sacrificati-  
ne et sugat locus cū ore seruoꝝ et  
deīde sup̄ locū ponāt cācri tritū. q̄  
si locū ueīf cepit ad cōruptionē ab-  
scindat mēbz̄ si fuerit locū aptus  
aut mēbrum aptum abscisioni. q̄ si

non cauterisetur. nam q̄n inceperit locus denigrari aut putrefieri erit signū q̄ pūctura fuerit aīalis p̄nitiosi. dū aut̄ nō inceperit tēdere ad putrefactionē et corruptōnē q̄ uis sit uehemētis doloris cū nōdū sit ei uelox p̄ambulatō ī corpe nō est malū nisi pūctura fuerit iuxta cor aut artariam magnam.

De morſu Vipere. capiti lix.

**I**lle uero quē momordit Vipera summa medicīaz et bezoar est ei tyriaca magna. et fortassis confert metridatum et medicamen de asafetida et butirū uetus. et medicamē de erba et comestio alliorum et potus uini puri.

De morſu Scorpionis. Cap. lx.

**M**ordicationi autem scorpionum. confert uaporatio olei et alliorum et tyriaca dyasse,



ron: et oleum antiquum linitum.  
Et eius bezoar est corpus scorpioni  
triturum et superpositum loco.

De morfu araneaz. capit. lxi.

**M**ordicationi araneaz cōfert  
succus pomorum aut piroz  
aut oppositio ferri frigidi iterati.  
Et eius bezoar est endiuia.

De morfu Rutele. capit. lxi.

**M**ordicationi autem rutele cō  
fert balneum calidum ualde  
et sepeliri ī arena aut cineri calido  
et bibere puluerem de nigella.

De morfu Apum. Capit. lxi.

**M**ordicationi autē apū et pūc  
ture cōfert epubima cum bo  
lo armeno et aceto et canfora et

q̄ manus suas et faciē succo malue  
abluerit nō pungetur ab apibus.

De mordicatōe aīaliū. cap. lxxiii.

**S**I autē mordentia aīalia acule  
Os aut dentes in locis morsis  
dimiserit tūc oportet ut locus fric  
cet cū oleo et cinerē suauiter et de  
inde fiat emplastrū sup locū ex fer  
mento cū oleo et sic aculei uel dē  
tes uenenose educentur.

De morſu canis. capit. lxxv.

**S**I autē aliq̄ morsus fuerit a ca  
ne et dubitet̄ utz fuerit rabi  
osus uel non. fricetur buccella pa  
nis sub loco morsure. et deinde il  
lū exhibeat aliis canibus quem si  
rennuerit rabiosus erit. si uero co  
mederit minime. Signa autem q̄  
sit rabiosus p̄ter hoc sunt q̄ canis



linguā suam p̄ciat extra. et ītromit  
 tat caudā suam inter coxas suas et  
 raucā habet uocē. et q̄ abhorreat  
 sanos et uiros et q̄ mordeat domi  
 nos domus sue et oēs qui ei obuiāt  
 et fugiāt ab ip̄o canes. et q̄ morsus  
 est nisi p̄caueat. et curetur īfra xl.  
 caniculares dies efficiēt idrofiorbi  
 cus. i. timens aquā. q̄ est q̄a p̄pter  
 rabiē efficiēt siticulosus. et appetit  
 ad aquā et cum uiderit eā imagina  
 bitur canes esse in aq̄ et moriēs siti  
 pre timorē īmaniū canū fuget aquā  
 et tūc non est spes salutis. et cū p̄  
 cedit in egritudīe efficietur et ipse  
 rabidus et emit tit sperma in pollu  
 tione sua et ī modū catuloꝝ et q̄n  
 cūq̄ egerit flegma ī modū catulo  
 rū. q̄d est quia imaginatio conti  
 nua quam habet de cane sigillat in  
 humitatibus suis figuram canum.

Et scias q̄ si equus et mulus et a si  
ni et simia et homo patiūtur rabiē  
circa maximū frigus aut circa max  
imū calorē. et eius cura est. ut sup  
locum morsus ponātur uētole cū  
scarificatōe et ponātur desuper al  
lium siue cepe tritū et cōfectū cū  
butiro uaccino. et sumat in potu e  
lectuariū cancroꝝ fluuialiū et itret  
balneū omni die et labore in cura  
ethicoꝝ et melancolicoꝝ et balne  
eēt ante xl. dies ī aq̄ maris. Et eius  
bezoar sunt cācri fluuiales adusti  
et puluerisati. et dati ex eis drag  
mas iii. ī potu oībus tribus diebus.

De cātaridibus. capit. lxxvi

**S**I autē cantarides q̄s biberit.  
patiet̄ mictū sanguis et extu  
ationē et accidētia p̄nitiosa et eis  
cura est. ut sumat in potu lac ouīū



cum oleo amigdalino deinde curē  
tur ulcera uesice. et eius bezoar e  
rūt grana alchechenchi numero x

De lacte. Capit. lxxvii.

**S**I autē q̄s lac biberit fueritq̄ co  
agulatum in stomacho patie  
tur stomachi mollificationē et nau  
siam et sudabit sudor̄ frigidus. et ei  
us cura erit bibeñ acetū fortissimū  
postea sumat de alafetida. drag. i.  
aut sirupo acetoso Vnciam i. uice  
una post uicem.

De Assatura suffocata

Capitulum. lxxviii.

**S**I autem quis comederit assa  
turam suffocatam que inuol  
uitur in pannis cum extrahitur ex  
furno patietur uertiginē similem e  
pilensie. et eius cura est ut euomat

f1

et postea sumat ī potu rob fructū  
stipticorum et zubarum rosatum  
cū xi. aloes et mastice querat som  
num et ingrediatur balneum.

De piscibus frigidis. Cap. lxxix.

**S**I autem quis comederit pisces frigidos qbus p̄ eius cap  
tionē aduenerit una dies aut duo  
aut si quis carnes pridie uel añ ter  
tiam uel quartā diem occisas. aut  
morticinas aut p̄cussas a fulgurē et  
tēpestate mortuas. aut morbo pesti  
lentiali p̄emptas accidit q̄ supue  
nit ex comestione maloꝝ fungoꝝ  
et cura eorum est ut euomat et iu  
mat in potu uinū purum cum pipe  
re et curetur cura fungoꝝ preter  
quod non comedat pira.

De cerebro gatte. Cap. lxx.

**I**Lle cui in potu datum fuerit  
cerebꝝ gatte patietur stolu



44  
ditatem et instringiosus uidebitur.  
et eius cura ē terra sigillata. et uo-  
mitus cum ipsa omni mense bis et  
accipere de confectione dyamusci  
omni die summo mane. et eius be-  
zoar est muscus tritus scrupulum  
seminis et dat̄ ī potu cū uino albo

Capitulum lxxi.

De extremitate caude cerui.

**I**lle cui extremitas caude cer-  
ui data fuerit patietur acci-  
dentia napelli. et eius cura ē potio  
smaragdi scrupulū semīs triti dati  
in potu cum uino et deinde frica-  
tio totius corporis cum oleo facto  
de semine citri. et eius bezoar est  
tyriaca magna drag. ii.

De sanguine bouino. capit. lxxii.

**I**lle cui in potu datus fuerit  
sanguis bouinus uetus patie-  
tur mortificationē et euomat uo-

mitum coagulatū. Et eius cura est  
acetum acerrimū calidum. deinde  
uomitus. deinde tyriaca. deinde bal  
neum aque calide:

De sanguīe Buffonis. cap. lxxiii.

**I**lle cui in potu datus fuerit  
sanguis buffonis petiet diffi  
cultatem anhelitus et cordiaca ac  
cidentia. et si quis sputū ipsius sūp  
serit erit ppe mortem sicut qui na  
pellum biberit. et eius cura est po  
tio smaragdi scrup. i. deinde itrañ  
corpus aīalis quadrupedris magni  
ut ē bos asinus uel mulus uel equus  
et reiterare illud. deinde tyriace.  
drag:ii bibere et eius bezoar ē la  
pis inuentus in capite buffonis qui  
apud lapidarios uocāt borras uul  
garitur trepanide:

Capitulum. lxxiiii.

De sanguīe hoīs colerici ruffi.



**I**lle cui in potu datus fuerit  
 sanguis hoīs colerici ruffi ex  
 tractus in tpe rixe sue aut furoris.  
 patiet furores mētis et pmixtionē  
 itellectus et iuericūdiā deīde pau  
 latim exiccabit et eius cura est bi  
 bere aquam cucumeris palestini et  
 masticare grana ipius et deglutire  
 succū et potare sirupū nenufari/  
 nū et eius bezoar ē trociscus unō  
 de tiro.

Capitulum . lxxv.

De sanguīe mēstruo aut lepsi.

**I**lle q sanguinē mēstruū aut  
 lepsi bibent uidebit esse p/  
 stigiatus et lunaticus maleficiatus  
 et obliuiosus. et eius cura ē potare  
 margaritas tritas. drag. i. cū aq mel  
 lisse. et balneari ī aq tepida et coir  
 cū puella scdm legē et ouerlari et  
 āplexari cū puellis et iuueniculis et

eius bezoar ē comedē serpētes a quibus caude et capita per palmū sūt abscisa.

De morſu hoīs ieiuni. cap. lxxvi.

**I**lle qui morſus fuerit ab homine ieiuno ponat ſup morſurā ſtercus galline alioquin patiet̄ ulcus uenenosum et difficilis ſanationis.

De morſu ſerpētis ullo. cap. lxxvii.

**I**lle qui fuerit morſus a ſerpēte ullo ſtatim liget locū cum coreo cerui et de īde ſupponat tyriacā et de ipā bibat et circa cor ap/ponat ſmaragdū et corallū ut margaritas. et locū morſure faciat ſurgere a ſeruo.

De felle leopardi. Capit. lxxviii.

**I**lle cui in potu datū fuerit fel leopardi patiet̄ accidētia naPELLI et uiperē. et eius cura et bezo



ar sunt uua. Capit. lxxix.

De salamandra.

**I**lle qui biberit salamandram  
patiet̄ accidentia cataridaz  
et cura eius et bezoar est una.

De lepore marino aut Rana mari  
na. Capitulum. lxxx.

**I**lle cui lepus marinus aut ra  
na marina data fuerit ī potu  
hēbit uomitū unctuosū et totū ei9  
corpus efficit̄ turgidū et īflatū si  
cut yposarca. et fetebit eius anhe  
litus. et eius cura ē festinus uomi  
tus cum butiro et aq̄ mellis et deī  
de sumere post illud tiriaca dyates  
feron per tres dies et cibari carni  
bus passez et potare bonū uinū &  
eius bezoar ē caro uulpis affata et  
comesta. Capitulum. lxxxi.

De morfu muris simie et Gatte.

**Q**ui uero a mure. et Simia. et

gatta morsus fuerit sup morsuram  
ponat stercus gallie et curet illud  
ut in morsu hois ieiuni dictū est.

De scriptor̄ besoartitice uirtutis  
ad unū qđq; uenenū et de duab;  
difficilib; qōibus. Capit. lxxxii.

**B**esoar anthonomasice d̄r de  
quodā lapide q̄ sic uocat̄. cu  
ius ppria et specifica uirtus ad leta  
le uenenū ē liberās a morte subito  
absq; ullo medici ingeio. et ideo de  
oī medicina q̄ liberār pōt a morte  
hoēm ab aliq; egritudīe uel ueneno  
dici pōt q̄ sit besoar illius morbi si  
ue sit illa medicina lapis uel granū.  
uel succus uel aliq; pposita medicīa  
Et q̄ illū lapidē hēt tutus ē ab oī  
mortali ueneno. Terit̄ etiā et dañ ī  
potu de ip̄o drag. i. et p̄ ip̄m d̄r fu  
isse liberatū regē Anglie dñm Ado  
ardū ī ciuitate Aron. qñ uulnerat̄



fuit p' passiasinū soldani gladio tox  
 icato. Hūc aut lapidē ei tribuit ge  
 neralis p̄ceptor tēpli et ego cōsimi  
 lē uidi. Est aut rubeus purulētus le  
 uis ut spōgia et frāgibilis ut gipsū  
 Habet aut q̄dlibet uenenū tā miñ  
 rale q̄ uegetabile et aīale ppriā me  
 dicinā oppositā ei a qua oppositōe  
 uirtute specifica fit liberatio mor  
 tis ab illo ueneno. et ideo besoar ē  
 unicuiq; ueneno illa medicīa q̄ abs  
 q; uirtute elem.ētari curat tale ue  
 nenū. Et de quolibet besoar iā sup̄  
 expediui tracta tū in cura cuiusli  
 bet ueneni in fine descriptionis ne  
 sit amplius necesse r̄capitulare tra  
 ctatum. Capit. lxxxiii.

De questione Vtq; tyriaca zc.

**Q**uāstio aut q̄stio utq; tyriaca mag  
 na sit besoar. i. a forma speci  
 fica liberās a ueneno an materie es

le mētāris liberās a cōplexiōe nō a  
forma. Et uoluerūt qdā dicerē q̄ oī  
no erat besoar fūdās se sup rōe ga  
lieni q̄ cū andromacū phm respex  
isset q̄ pmo tiriacā iueit et eā pba/  
uit nūq̄ pdesse nisi in morbis frigi  
dis ppter oppositionē multaz reza  
calidaz. et in morbis calidis ppter  
oppositiōe multaz mediciaz fri/  
gidaz q̄ i ipa itrāt. Et hoc dixit ga  
liens illā tiriacā Andromaci eē me  
diā cōplexiōe sed ipē adiūgens car  
nes tiroz et terrā sigillatā. fecit eā  
ualere formaliter ad omē uenenū  
licet ad qdā plus et ad qdā minus  
et ad quedā singulariter data et ad  
quedā cum additiōe. Alii uero dix  
erunt q̄ a cōplexione elementalī a  
gebat quecunq̄ in corpore huma  
no operat̄ fundantes super debili  
tatem operatōnis sue aut penitus



uanitate quādo ipsa datur cōtra na  
 pellum uel cōtra Viperam uel con  
 tra fel leopardi et breuiter cōtra  
 quālibet uenenum letale scđm spe/  
 cificā formā in quibus parte aut nihil  
 uidet cōferre ut dixit Basis. Solutio  
 aut huius dubitatōis ē q̄ cura/  
 tio cuiuslibet ueneni q̄tuor moīs  
 at̄git scilicet q̄a aut frāgit̄ acumē  
 ueneni aut substātia eius r̄soluitur  
 aut ip̄m expellit̄ aut ip̄m per oppo  
 sitionē specificā corrūp̄it̄ et ab eo  
 eius uirtus p̄sus aufer̄t. Exēplū p̄mi  
 ē opium qd̄ frangit euforbium &  
 castoreum quod frangit opium. Ex  
 emplum secundi est terra sigillata  
 et aliū q̄ substātiā ueneni aut p̄  
 uomitū aut per sudorē resoluūt.  
 Exēplū tertii ē smaradus q̄ uenenū  
 fugat et attrahit usq; in extrema  
 tes mēbra. Exēplū q̄rti est forma.

Specifica oppoita ueneno q̄ i nali/  
bus iueitur ut i lapide befoar et i  
artificialib9 ut i diuina et nobili cō  
positōe tyriace et p̄mixtōe oīm s̄i  
gulariū medicinaz̄ simul cōfectarū  
resultate. et q̄a i tyriaca ē uirtus cō  
plexioālis multaz̄ medicīaz̄ uene  
nū frāgētū ideo bñ dictū ē q̄ tyri  
aca ē medicīa cōplexionalis ad uene  
na et ex positōe tali resultat res di  
uina que potius ē ab extra q̄ ab i/  
t9. s. forma artificialis q̄ oī ueneno  
oppoīt et ideo bñ dictū ē q̄ ip̄a be  
foar est oībus uenenis licet magis  
et minus. Et licet q̄dā sūt magis be  
foar ad c̄dā uenena q̄ ip̄a Vez̄ ip̄a  
ē ad oīa. et ideo mater omniū me/  
dicinaz̄ a medicis est appellata.

De lapide Begaar ex Pandectis.

**L**apis Begaar latine uel lapis li  
berās a ueneris arabi. Hager.



Begaar. bejaar est nomen persicū  
 et est expellens nocumentum et  
 hoc nomē cadit. in uim. et est q̄ ca  
 dit sup̄ omnē medicinā cōueniētē  
 alicui ueneno eo q̄ resistat uirtuti  
 eius et expellit nocumētū eius p̄  
 pter p̄petatē q̄ ē ī eo. et sc̄dm q̄ ca  
 dit sup̄ lapidē notū q̄ ouēit oībus  
 uenenis calidis et frigidis. cū tota  
 sua substātia et resistit ei bibitus.  
 aut suspēsus sup̄ patientē. Colores  
 lapidis bejaar sūt multi. nā ex eo ē  
 citrinus uelut putrilētus et macha  
 ici. Et ille q̄ pticipat uiriditati et il  
 le q̄ albedini. Melior uero oībus ē  
 citrinus et plus putrilētus. et ī hoc  
 differt Exceraſten cū Begaar. et ex  
 positio eius est extra uenenū. et mi  
 nera est in terra sui et indie. et in  
 terris orientis et multi lapides assi  
 milantur ei q̄ nō h̄nt suā p̄prietatē

nec app̄ximāt ei ī opatōibus aliq̄  
bus et q̄dā est q̄ dicit̄ cobehori et  
marina et ē lapis ī quo nullus sed  
multi errāt ī alio q̄ dicit̄ chīdes. et  
ē lapis multe boītat̄is mollis tactu  
mollit̄ie sine supfluitate. Et idē au  
toritate Ras̄is. Begaar ē lapis citri  
nus mollis nō b̄ns saporē. Vñ et la  
pis ē uergēs ad citrinitatē et albe  
dinē b̄ns colorē uini et ē splēdēs si  
cut lumē. et ē leuis. Possē. serapio  
Lapis begaar cōueit̄ uenenis. et qñ  
bibit̄ ex eo p̄odus. ii. granoꝝ ordeī  
aut lini m̄tū fiat cū eo sup̄ morsus  
liberat a morte et expellit uenēnū  
p̄ sudorē et qñ ponit̄ lapis in annu  
lo et ponit̄ in ore illius q̄ sup̄sit ue  
nēnū et fugit eum aliq̄tulū conuer  
nit ei. Et quando tangitur cum il  
lo lapide aculeus scorpionis probi  
bet ab eo potentiam pungendi.



Et si territur ex eo pondus duoz  
 granoz ordei et dissoluatur i aqua  
 et ponatur in ore serpētis suffocat  
 ipsum statim et occidit. et ego ui/  
 di in ipso sufficientiam ad auferen  
 dum nocmētum. et erat lapis ille  
 quem uidi uergēs ad citrinitatē et  
 albedinem habens colorem uini. &  
 cum hoc erat leuis splēdens sicut  
 lumen. Etiam uidi in eodem suffici  
 entiam illam quam non uidi in alia  
 medicina simplici. imo q̄ etiam nō  
 uidi tyriacis cōpositis. Vnde lapis  
 iste bejaar cōuenit uene no scori  
 onis et idem auctoritate. Basia la/  
 pis bejaar conuenit ueneno scori  
 onis q̄n portatur in annulo et scul/  
 pet i eo imaginē scoriois signo la  
 gitario ascēdēte: deīde sigilla cū eo  
 obliba nū exñte i scorpione qd̄ tri  
 tū exhibe patienti ad potādum et



euadet ab dalla anarach. i. a ueneno  
Vidi lapidem begaar amari a custo  
ditore legis dei et est uerum quia  
ipse emit hunc lapidem et dedit i  
pretium huius palatium Cornube  
in principio guerre.

**F**iniunt Petri de Abano reme/  
dia uenenorum.

Rome in domo Nobilis uiri Iohan  
nis Philippi de lignamine Messan.  
S D N familiaris . hic tractatus im  
pressus est. Anno domini. M CCCC  
LXXV. DIE XXVII. Mensis Ianuarii  
Pont. Syxti III. Anno eius quarto



51  
Registrum huius tractatus.

|  |  |
|--|--|
| Tabula.<br>alfesire.<br>de morſu.<br>difficiles. | Aquam.<br>eſt bezoar.<br>ille cui data.<br>data in potu. |
|--|--|

|   |  |
|---|--|
| Sitiret:<br>in potu.<br>mortificatiuū.<br>et cataputie. | De alfeſira-<br>tatem.<br>deinde.<br>ille qui: |
|---|--|

|  |  |
|--|--|
| Et reſpexit.<br>aliquis moriū.<br>locum celi.<br>ipſum.<br>ego qñq̄. | Cum oleo.<br>ditatem.<br>ille cui<br>ar ſunt una.<br>fuit per. |
|--|--|

51

R. erg. l. u. m. h. u. s. t. r. a. c. t. a. t. u. s.

Tabularum hanc tractatus  
allegoriarum est de cor.  
ille cui datur  
data in portu  
dum dicitur


De allestia  
in portu  
mortalitatis  
et carnis  
ille qui

Cum oleo  
datur  
ille cui  
in portu  
sunt per  
ego




f 10

52

















★ ★ ARMY ★ ★  
MEDICAL LIBRARY  
*Cleveland Branch*

